Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



97

Domine deus salutis mee in die
clamaui et nocte coram te.
Intret in conspectu tuo ora
tio mea: inclina aurem tuam ad precem
meam. Quia repleta est malis anima
mea: et uita mea in inferno adpropinqua
uit. Estimatus sum cum descendenti
bus in lacum: factus sum sicut homo
sine adiutorio inter mortuos liberi. Si
cut uulnerati dormientes in sepulchris
quorum non est memor amplius et ipsi de
manu tua repulsi sunt. Posuerunt
me in lacu inferiori: in tenebrosis et in
umbra mortis. Super me confirmatus
est furor tuus: et omnes fluctus tuos
induxisti super me. Longe fecisti notos
meos a me: posuerunt me abhominatio
nem sibi. Traditus sum et non egre
diebar: oculi mei languerunt premopia.